



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

17. Executoris cautio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

DE EXECVT. VLT. VOLVN'

recondat in terra. non vt ponat sub modio: sed
 vt ponat super candelabro, vt iuuet alios, qui-
 tūmue valet, vt proffit. Idemq; dicendum, si
 exercitatus ac practicus alias commissarias
 tractauerit, executusue fuerit laudabiliter.
 † Vnde solet dici, quod ab assuetis nō fit passio. 15
 Sed potius id artificium per exercituum susci-
 pit incrementum, vt l. leg. fernis. §. ornatrici-
 bus. ff. de leg. 3. Quod si prorsus ignarus existit,
 aut rudis, & inexpertus, non suis viribus confi-
 dat: nec temerē in altum vela deducat, sed
 consulat peritiores: vt l. nec supina. & l. re-
 gula. §. sed iure. ff. de iur. & fac. igno. l. 1. 2.
 & 3. C. eod. titu. l. iuris ignorantia. C. qui ad-
 mitti ad bon. pos. possunt.

Cogitare debet ipse commissarius,
 † executōrue designatus, an solus vnicusue sit 17
 deputatus, an verò cum alijs socijs, collegis
 participibusue. Quoniam si solus, liberior eius
 erit voluntas, neq; habebit alterius expectare
 consilium, quoniam segnius expediunt commif-
 sa negotia plures, & etiam quia multitudo
 principantium, est mala: vt 12. Metaphysicæ.
 & l. fin. in fin. ff. de rerum diui. Si verò plures
 sint con-

sint constituti aut collegium, vel vniuersitas conferendi, consultandue, maior habebitur commoditas. vnde quoniam dicitur, ve soli, quia si ceciderit non habebit subleuantem, vt 81. dist. c. in omnibus. & ibi est gl. bona, & de pœnit. dist. 2. quando. Quanquam communitio soleat discordias & plura in commoda parturire, vt l. cùm pater. §. filijs matrem. ff. de leg. 2. l. ne in plures. ff. de exercitoria. & in proœmio. ff. §. & ante quidem.

- 18 † Si nominatus & designatus executor se inopem, vel rudem, ac inexpertum, vixq; sibi suisq; sufficientem: negotium verò suæ fidei curæq; commissum arduum, magnū, difficileq; fore cognoscit, & se solum, vel cū collegis oneri adiuncto imparem, melius, tutius, salubriusq; est, vt hoc minimè acceptet officium. Quinimò expressè refutet atq; repudiet, neq; legatū mūnū sue suscipiat, agatq; quò tacitè illud suscepisse videatur. Quinimò, si grauius † in iudicio vel ext. cogatur, vel vrgeatur, cōpareat & excusationes proponat, sicut creati tut. vel cur. facere cōsueuerunt: vt in tit. ff. & C. de excu. tut. vel curatorum modò illæ sibi competāt excusatio-